

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5078

Auteur(s) : Alexandre III [pape]

Bénéficiaire(s) : Renouf, Neufmesnil, Notre-Dame et Saint-Nicolas de Blanchelande (abbaye, abbé)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1162, 10 décembre

Lieu d'émission : Tours

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens et les droits de l'abbaye Saint-Nicolas de Blanchelande.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 111, p. 203-205.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 10791, t. 2, p. 163.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Ranulpho abbati sancti Nicolai de Blancalanda eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Dei timorem et beati Augustini regulam et ordinem Premonstratensem in ipsa ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Statuimus preterea, ut quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : ex dono Ricardi Constantiensis episcopi ecclesiam de Boseuilla et ecclesiam de Reberuilla et ecclesiam sancti Symphoriani et quicquid iuris habetis in ecclesia de Montegarde, ecclesiam sancti Georgii de Balteio, excepto eo, quod monachi de Exaquio ibi habere debent, ex dono Ricardi de Haya et Matildis uxoris eius ipsum locum, qui Blancalanda dicitur, cum omnibus pertinentiis suis a Bellaualle usque ad montem Estendif, sicut eum a foresta separat signorum appositio, et ipsam forestam ubique, quamdiu durauerit, ad omnia edificia uestra facienda et reficienda, ad omnia domus necessaria, ad ignem, pasnagium porcorum uestrorum et uestrorum hominum in ea quietum, omnes consuetudines utiles et necessarias, in parco autem communem libertatem porcorum uestrorum cum porcis domini eiusdem parci, abrousturam boum, coria ceruorum bissarum, terram Rogerii forestarii integre totam super Chiminum et infra, in Haya XL solidos in theloneo, terram Cornarti, domum Hugonis de Nigellihulmo cum suo horto et predio ita quietam, quod homo, qui in ea manebit, uendet, emet in domo et extra, in foro et ubique omnino quiete, duas acras terre iuxta terram Malcouenant, molendinum tanarium iuxta parcum, in Ansfremaisnil terram Radulfi clerici, terram Gaufridi fratris sacerdotis et decem alias acras terre, in unam piscariam salinam Ausber, terram Richerii de Fanoilliera, terram integre, quam Radulfus

Benenaut tenebat pro uno quartario auene, in Boleuilla mansuram Roberti Lislemain, a Caudecoto terram Rase, in Wareguebec terram Gobe, as Essarz duas mansuras terre, cum altera earum consuetudines in foresta ad opus figuli, in Cheteuilla terram Hugonis Tauri cum suis consuetudinibus in foresta et omnes pisces excludere, assisiam retis in nouio molendini ad capiendas anguillas et si uolueritis sub illo facere piscariam ibi iuxta unam mansuram terre, in Boleuilla terram Pariuer, in Popeuilla et Warreuilla decimas eorundem maneriorum, quecumque ex illis domino proueniunt, excepto theloneo et molendino de Uado, sicut carta ipsius Ricardi testatur ; in Anglia manerium Chanbringuehah cum omnibus pertinentiis suis preter ecclesiam, fundatores uero prefate ecclesie uestre nihil omnino in supranominatis possessionibus retinent preter moltam, et opus excludere in terra Radulfi clerici de Ansresmaisnil, opus excludere in terra Hugonis Tauri et in terra Pariuer de Boseuilla, ex dono W. de Vernone tria quartaria frumenti in molendinis de Nigellihulmo, ex dono Willelmi de sancto Iohanne ad Torreuillam terram Godefridi filii Radulfi Choue, ex dono Radulfi de Haya unam salinam cum omnibus pertinentiis suis, quam Willelmus Wace de Huelles tunc tenebat, ex dono Hunfridi de Bohon decimam partem reddituum molendini de Biart, ex dono Engelgerii de Bohon ad Bohon terram de Bohonet, ex dono Ricardi de Glateigny unam minam salis et totam terram suam, que est iuxta Blancamlandam, de feodo Rogerii Mon(aste)rriorum ipso Rogerio concedente, ex dono Raignaldi de Maisnillo moltam suorum hominum de Runcia et unum quartarium frumenti in molendino de Dodouilla, ex dono Thome Bardouf decimam partem molendini de Bresilleuast, ex dono Hugonis Wac in Catheuilla terram, que dicitur La Croute Aunon. Sane noualium etc. Decernimus ergo etc., salua in omnibus apostolice sedis auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc.

Dat. Turonis per manum Hermanni sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii IIII id. decembr., indictione X, incarnationis dominice anno MCLXII, pontificatus uero domni Alexandri pape tertii anno IIII.